

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 172. Contritio perfecta cum Sacramento non requiritur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

Respondeo (cum Adriano, & Rosemundo su-  
p̄ta) per minimam contritionem, ibi à S. Doctori-  
te non intelligi: minimum de peccatis dolorem,  
etiam propter Deum: utpote qui (ut dicit ibi-  
dem) potest esse adē parvus, quod non sufficeret  
ad rationem contritionis, per gratiam formandam,  
ut si minus displiceret ei peccatum, quam debeat  
displicere separatio à fine: sicut etiam amor potest  
esse ita remissus, quod non sufficit ad rationem  
charitatis specialis: sed dolorem formatum per  
gratiam, charitatemque habitualem, que, quam-  
libet minima, sufficit ad deletionem quorumcumque  
peccatorum.

2178 Obijecies decimò: Ecclesia subinde concedit  
Indulgencias contritis, cum proposito confessio-  
nis, suo tempore facienda. Igitur supponit, ipsos  
per contritionem justificari, & à poena æterna rea-  
tu liberari. Cum prius sit liberari à poena æterna,  
quam à temporali, que tollitur per Indulgenciam.

Respondeo negando consequentiam. Quia, ut  
benè Sylvius, opus ab Ecclesia prescriptum ad lu-  
crandam indulgentiam, fieri potest ante peccato-  
rum remissionem: ante quam etiam indulgentia  
potest esse concessa, & à Deo acceptata, adeoque  
firma & rata, tametsi non fortiora effectum, ni-  
fi post fublatum mortalis culpa, penitentia æternæ  
reatum. Nec aliā intentione indulgentiam Ec-  
clesia concedit contritis, necdum remissionem per  
confessionem concessus.

2179 Obijecies undecimò: Sacerdotes omnes contriti,  
necessitate urgente, Confessariisque deficiente, à  
Tridentino celebrare permituntur, absque præ-  
via confessione. Omnes ergo à Tridentino suppon-  
untur contritionem justificari.

Nego iterum consequentiam. Quia, ut benè  
iterum Sylvius Supplcm. q. 5, a. 1. illa permissione  
solum declaratur, ipsos ab incurione novi pec-  
cati excusando, nec indigne communicatores,  
taliter celebrando. Indigne quidem communica-  
rent, si peccati mortali sibi confici, ad Altare  
fini confessione accederent, Confessarii copiam  
habentes. Non sic dum id in necessitate faciunt,  
peccati affectum serio deponeant, amorosaque  
contritionis actum pro posse elientes, confessari,  
si copiam haberent Confessarii. Sic enim tuò  
se commitunt misericordiae Dei, concipientes  
spem, & fidiciam accepienti gratiam à divino il-  
lo pane, qui dat vitam mundo, & in ejusmodi  
cauī primam gratiam per accidentem confert devotè  
communicantibus, ut dixi tom. præcedenti lib. 4.  
Nisi enim ita eset, perpetua in anxietate forent  
Sacerdotes, absque confessione in necessitate ce-  
lebrantes. Cum præsumere vix, aut ne vix possent  
(regulariter loquendo) perfectè se esse contritos.  
Eò quod perfecta contritio rarissima sit, & in quam  
paucis inveniatur, ut dicit Catechismus Roma-

2180 Obijecies duodecimò: omnis vera contritio ex  
amore Dei super omnia, cum Sacramenti voto,  
justificat in articulo mortis, si deit Sacerdos,  
qui reconciliat penitentem. Igitur & extra articu-  
lum illum. Quid enim justificat in articulo  
mortis, provenit ex natura & virtute contritionis,  
qua (utpote eadem extra, quam intra articulum  
illum) idem extra operatur, quod intra. Idem  
enim, manens idem, semper facit idem.

Nego consequentiam, & id quod affumitur  
ad cam probandum, cuius falsitas constat ex di-  
ctis cap. præcedenti, à num. 2155. ad 2161, ubi  
oftensum est, imperfictè contritam in articulo  
mortis non justificari ex natura & virtute contri-  
tionis, sed ex gratuita Dei voluntate & misericor-  
dia, suppleente defectum Sacramenti, non pro-  
veniente ex voluntate, sed ex necessitate.

2181 Obijecies ultimò: omnis homo Deum propter  
se super omnia diligens, est justus. Omnis ergo

contritus ex ejusmodi dilectione, est justus. Om-  
nis prōinde dilectio & contritio ejusmodi, est di-  
lectio & contritio perfecta.

Respondeo distinguendo antecedens: omnis ho-  
mo Deum propter se super omnia diligens, est  
justus, justitia qua sit per Spiritum sanctum mo-  
ventem, & dilectionem illam inspirantem, sed  
nondum inhabitantem, concedo: est justus, justi-  
tia qua sit per Spiritum charitatis inhabitantem,  
negro. Distinguenda quippe est duplex ejusmodi  
justitia, ut constat ex propositione 6, per Pium  
V. damnata. Et sicut non omnis homo Deum  
propter se diligens, super omnia diligat (aliud est  
enim Deum propter se, aliud super omnia dilige-  
re, & illud ab illo separatur in miliebus homi-  
num myriadibus.) sic non omnis Deum propter  
se super omnia diligens, corde perfecto, tive per-  
fectè diligit. Cum infinita etiam sint myriades  
hominum, Deum propter se super omnia dilige-  
mentum corde imperfecto, id est remissile, non  
cum ea intensione, vehementia & fortitudine,  
quam SS. Patres, præcipue Doctores, cum  
divina Scriptura, ad perfectam requirunt dilectionem,  
contritionemque. Cetera que objeccuntur,  
nervoso dissolvit Illustrissimus P. Le Drou, omni-  
nino videns à pag. 348. ad 387. Editionis Lo-  
vaniensis.

## C A P U T C L X X I I .

*Contritio perfecta cum Sacramento non  
requiritur.*

I Ta sentio cum Catechismo Romano p. 2. c. 5. n. 1  
q. 47. ubi sic: *Ex Fidei Catholicae doctrina,  
omnibus credendam, & constanter affirmandam,* si quis ita animo affectu sit, ut peccata admittat  
sit, simulque impotest non peccare constituit,  
estibusmodi dolore non officiat, qui ad impe-  
trandam veniam satis esse possit, et tamen, cum  
peccata Sacerdoti ritè confessus fuerit, ut clausum  
secula omnia remitti, ac condonari, ut merito à  
sanctissimi Viri, Patribus nostris, celebratum sit.  
Ecclesia clavigib⁹, aditum in celum operari. De  
qua nemini dubitare fas est, cum à Florentino Cor-  
cilio decrevum legamus, patientia effectum sit  
absolutionem à peccatis. Que abjicit, est al-  
quando tempore prædictum Sacramentum (inquit sanctus Thomas in 4. dist. 22. q. 2. a. 1. quæll. 3.)  
aliquando tamen in ipso Sacramento efficitur. Et  
opus 17. c. 2. quandoque aliqui conjectuer  
justificationem in absolutione, quam nisi non fu-  
runt conjectu. Quod & de Baptismo tradit Augustinus, aliquid Patres cap. 109. relati.

Ratio assertoris prima est, quia penitentia est  
Sacramentum mortuorum. Non supponit ergo  
vitam primam in subiecto suo, sed eam conser-  
vit ex opere operato, tive ex virtute languinis Je-  
sus Christi. Per consequens non requirit in subiecto  
suo dispositionem sufficientem ad vitam primam  
ipsi conferendam, priusquam hoc Sacramentum  
actu suscipiatur.

Nec omnino satisfacit responsio eorum, qui in-  
dicunt, contritionem perfectam non conferre vi-  
tam primam, nisi virtute Sacramenti, cuius votum  
continet. Quia ratione illius voti prædictum Sa-  
cramentum, in esse Sacramenti, non videatur con-  
ferre vitam primam. Cum Sacramentum, ut  
existens in voto, verè non sit Sacramentum in  
esse Sacramenti, sed Sacramenti votum dum-  
mat. Quod votum, cuin non magis sit votum  
Sacramenti absoluē futuri, quam abolute non  
futuri, ob invincibile obstaculum; non magis  
continet virtutem Sacramenti absoluē futuri,  
quam abolute non futuri. Ergo Sacramentum  
absoluē futurum, non magis conferit vitam pri-  
mam

matum in esse Sacramenti, ratione ipsis voti, quam  
Sacramentum absoluere non futurum.

2185 Ratio secunda est, quia credibile non est, Poenitentiae Sacramentum sic institutum esse, ut a paucissimis peccatorum venia per illud speranda esset. A paucissimum vero per illud peccatorum venia speranda esset, si ad eam contrito perfecta cum Sacramento requireretur. Cum ejusmodi contrito admotum rara sit, & in paucissimum inveniatur, ut confat ex dictis c. 169. Unde Catechismus Romanus loco citato q. 32. dicit, quod à paucissimum peccatorum venia speranda esset, nisi clementissimus Dominus faciliore ratione hominum salutem consulariset.

2186 Dices: SS. Patres ex historia Lazarii, prius à Domino suscitati, quam à discipulis solvere, tradunt peccatorem prius à Domino per contritionem spiritualiter suscitar, quam à Sacerdotio absolvatur.

Respondeo SS. Patres loqui de fuscitatione inchoata per gratiam actualiem, quia peccatori inspirantem, novaque vita propositum & inchoationem: non de fuscitatione perfecta per gratiam sanctificantem, & Spiritum sanctum inhabitantem. Vide supra n. 2171.

## CAPUT CLXXXIII.

*Perfecta contritionis ab imperfecta, seu attritione differunt.*

2187 Dicrimen istud non esse penes motivum, quia contrito perfecta, non imperfecta, procedat ex motivo amoris Dei proper se, satis demonstrant argumenta haec tenus deducta. Quia demonstrant, etiam imperfectam contritionem ex isto motivo procedere debere, ut cum Sacramento sufficiat.

2188 Neque ergo contrito imperfecta idem perfecta est, qui ex amore illo procedit, etiamque amor ille affectu sit super omnia, ut demonstravimus. Neque perfecta idem theologice perfecta est, qui ex tali motivo; sed quid ad id habet requisita per divinam Scripturam, Sanctorumque Traditionem. Nec denique perfecta idem ante Sacramentum fuscitionem justificat, quia ex tali motivo; sed ex gratuita Dei voluntate, ipsi per meritum Passionis Christi talcum effectum tribuente, positis illis requisitis.

2189 Dicrimen itaque perfectae contritionis aliunde necessariò petendum est. Vel utique primum ex eo quod omnis dolor de peccatis ex amore Dei propter te, affectu super omnia, in habente gratiam simpliciter dictam, seu sanctificantem, est contrito: in non habente attrito, ut docet S. Thomas q. 28. verit. a. 8. in corp. & ad 3. ubi dicit, quod contrito ab attritione non differt solum secundum intensiōnē doloris, sed etiam secundum informatiōnē gratia. Quomodo etiam dicrimen utriusque Veneres passim explicarunt, Albertus Magnus in 4. diff. 19. Bonaventura ibidem diff. 17. Scotus diff. 4. S. Antonius 3. p. tit. 14. c. 18. dicens, quod dolor gratia informat, est contrito... qui non est gratia informat... attrito. Videtur dicrimen istud placuisse Tridentino fess. 14. c. 4. dum dicit, quod contrito perfecta, non imperfecta, sit charitate perfecta, hominemque Deo reconciliat, prouisquam hoc Sacramentum adū fuscipatur. Neque enim ibi sermo esse videtur de charitate actuali (utpote quam fess. 6. cap. 6. requirentiam ad contritionem imperfectam) sermo proinde esse videtur de charitate habituali; ac per consequens de contritione informata charitate & gratia habituali.

2190 Vel secundum dicrimen utriusque petendum est ex eo quod contrito perfecta procedat ex amore Dei perfecto, imperfecta ex imperfecto, quorum alter ab altero non differt species, sed in-

Tom. III.

Propterea alii ad perfectam in homine charita.

Z 22

tensione, ut communis est doctrina Veterum, teste Cajetano de atrit. n. 4. vocante *communis dictum*, quod atritio & contritio differant *secundum magis & minus*. *Sunt enim unius ejusdemque speciei* (ait Guillelmus Parisiensis de Sacram. Hœnit. p. 31.) & ita non differunt, nisi *secundum magis & minus*. Ita etiam Albertus Magnus, Alensis, Bonaventura, Scotus, & alii supra relat. Et istud quoque dicrimen ponunt S. Thomas in verbis num. precedente laudatis, Angelus in Summa, verbo *contritio*, Josephus Anglez in Floribus q. de contritione, dicens, esse opinionem S. Thomas, Scotti, & utriusque discipulorum. Eratque adhuc sententia celebris anno 1502. quo Cardinalis Sarnanus Summatum suam Theologicam publico dedit, upone in qua pag. 152. & ipse dicit, quod non *videntur distare, nisi penes intentionem, & remissionem*. Et idem est de tempore Binsfeldi, qui in Enchiridio suo probat *illorum Doctrinam sententiam, qui tradunt attritionem & contritionem non differe, nisi penes intentionem, & remissionem*.

Vel tertio dici potest cum S. Thoma n. 2169. 2192

relato, contritionem perfectam ab imperfecta differre, partim ex priore, partim ex posteriori capite: ex priori ex parte Dei; ex posteriori ex parte liberi arbitrii. Ut enim S. Antoninus loco relato ait: *contritus & attritus differunt dupliciter. Uno modo ex parte liberi arbitrii: quia dolor imperfetus dicitur attritus, & dolor perfectus dicitur contritus. Secundo ex parte Dei: quia dolor gratia informatus, est contritus... qui non est gratia informatus, non potest dici contritus, sed attritus.*

Quem vero perfectionis gradum attingere debet 2193 amor & dolor, ut censri queat charitas perfecta, contritione inde procedens contrito perfecta, ob sententiarum hac de re varietatem facile non est definire.

Ad perfectam quidem charitatem diximus supra, 2192 necesse esse quod prædominetur omni mortali cupiditat (sicut ad calorem perfectum necesse est quod in eodem subiecto prædominetur omni frigori; ita ut non compatiat frigus aquale, nec majus) & hoc idem quia mortalem omnem cupiditatem excludere debet, sicut calor perfectus excludere debet omne frigus.

Id tamen non sufficit ad charitatem perfectam: 2194 cum etiam imperfecta mortalem omnem cupiditatem excludere debat, ut ad peccatorum veniam in Sacramenta consequendam sufficiat.

Ideo plerique censent, ad perfectam quidem 2195 charitatem non sufficere, quod mortalem omnem cupiditatem excludat, si cum omnino non excludat fine adminiculo timoris servilis, sed eo adminiculo sic indiget, ut mortalem omnem cupiditatem ex toto non excludet, nisi aeterni supplicii metus peccandi consuetudinem minueret, & ad justè vivendum impelleret. Charitas quippe perfecta eo adminiculo non indiget: cum perfecta charitas foras mittat timorem.

Ceterum perfectam tunc censent esse charitatem, 2196 iustitiaque dilectionem, dum sic in animo dominatur, ut ad excludendam mortalem omnem cupiditatem, timoris servilis non egeat adminiculo, sed hoc de se sat valida sit.

Verum amplius requirit Augustinus epist. 144. 2197 ubi ad perfectam iustitiam contentus non est, quod ad iustitè vivendum, non supplicii nos metus urgeat, sed ducat delectatio, charitasque iustitiae, cum ait: *hac quidem, quantum mihi videtur, nondum est perfecta, sed quodammodo adulta iustitia*; nondum proinde perfecta, sed quodammodo adulta charitas. *Quis, ut alibi dicit, charitas adulta, adulta iustitia est; charitas perfecta, perfecta iustitia est.* Vide supra cap. 169.